

vomit; but I think brought up very little, if any ; he froth'd at the Mouth and bit at the Grafts, which he champed, as if he were mad ; and indeed we were all afraid of him. We therefore put him into a Room and there kept him till next Morning, where I saw him as I thought recover'd : We throw'd him some Meat, which he eat, so we let him out and he went home. About a Month after that, the Dog's Hair came off, and his Master killed him, being so ugly to look at; he told me, he lookt like a Leprous Person, (that was his very Expression;) I never heard this Dog swell'd.

The third Dog which he bit was a Shaggy Spaniel, about an hour and a quarter after the second. He was bitten on the foremost part of his right Shoulder, as we perceived by the Blood. The Dog seem'd to bite at the place himself, and was very sick for that whole Evening (*viz.*) about 2 or 3 hours ; but without any means or application he recover'd, and I never heard he was sick afterwards.

VIII. *Quædam Notabilia in Cerebris trium Epilepsiarum mortuorum observata, quibus accedit Historia de substantiâ Cataractæ. Epistola Domini Waltheri Curieus Rhæti, ad Dominum J. F. Woolhouse, F. R. S. &c.*

CUM hiccè, (ubi per unum alterumvè Mensem dego) *Venetiis*, cadaveribus sufficientibus apereundi nobis sit occasio, apud virum clarissimum *Santorum Pr. Anat.*, erat Vir 35. *Annorum*, temperamenti & habitus gracilis, abhinc duobus annis correptus dolore grava

gravativo capitis in parte anteriore versū frontem. & à D. Professoribus multa ac multa remissia accepit, sed frustra : transactis duobus annis Hæmorragia narium Larga contigit, quæ tamen sponte item cessavit. Post Hæmorragiam amisit sēnsum olfacto- rium, & postea correptus fuit per duos annos *Paroxysmis Epilepticis* sāpiūs ingruentibus, denique mortuus est.

Secto cranio, vidimus Cerebrum in parte anteriore versū *Duram Matrem* circā Regionem *Cristæ Galli*, in parte dextrâ durum & callosum, & arctissimum cum *Meninge durâ* connexum : in parte Cerebri anteriore versū sinistram partem, inventa fuit extravasatæ mate- riæ sanguineæ aliqua quantitas, reliqua naturalia.

2. *Anasarcâ* laborans Mulier 60 annorum vehemen- tissimis iisque sāpē repetitis acerbissimis *Insultibus* cor- repta obiit. Secto cranio, invenimus intra *Piam Me- ningem* & Cerebrum, atque in anterioribus Cerebri ventriculis magnam satis extravasatæ lymphæ quanti- tam, ut eā ventriculi fermè turgidi fuerint. In *Ple- xibus Choroideis* conspectui sese tradidere plurima corpuscula albicantia, pellucida, serum aquosum in se continentia, variæ magnitudinis ; maxima ad magni- tudinem seminis *Canabini* majoris accedebant, quæ à me, aliis dissidentibus, vesiculæ fuere nominata.

3. Dissecto Crano Vetulæ alicujus quæ per multorum ancorum tractum *Epilepsie* valde obnoxia erat, vidimus intra *Piam Matrem* & Cerebrum, mediocrem Seri extravasati copiam, in anterioribus autem Cerebri ventriculis tanta talis Seri quantitas fuit, ut crepatu- ram illorum quasi minabatur. *Flexus Choroidæus* in- star veri racemi apparebat uterque ; vesiculæ inibi plu- rimæ, rotundæ, pellucidae, & variæ magnitudinis nobis visui sese obtulere, & instar elegantissimarum appa- bant Perlarum.

*Hist.* Vetula circiter 50 annorum, dum viveret, sistebat *Cataractam veram* in oculo sinistro, Coloris *Perlaci*, magnitudine mediocris, ita tamen ut aliquantis per plusquam dimidiā, eamque medium *Pupillæ* partem occupabat, seu melius medium & paulò plusquam dimidiā partem *Pupillæ*; colorem perlaceum habere repræsentabat, repræsentabat dico, nam vidi manifestè eam *Cataractam* retrò *Uveam*, & in 2dâ oculi Camerâ esse suspicabar. Interrogatus à *Santorino*, in præsentia decem plūs minus Medicorum, quid judicium meum sit de hâc *Cataractâ*, an sit *Cuticulæ* vel *Cristallini* vitium? respondi, me potius pro *Cuticulâ* habere quam pro *Cristallini* vitio, attamen id absolutè & indubiè affirmare nolle, quoniam signum Pathognomonicum non datur. Respondenti mihi ridere cœpit, quod audieam aliquid de *Cuticulâ* sive *membranulâ* statuere, persuasus enim est ipse, Cl. *Leisteri Systema* certum esse &c. *Mortuâ* disseclâ, hâc Vetula in oculo dicto sinistro nobis de omnibus certissima obtulit: *Cristallinus* enim *humor* erat pellucidus quibusvis institutis experimentis, nec ullâ maculâ aut minimâ obsfuscatione imbutus; erat equidem per totam ipsius molem ubique & æqualiter levissimè, levissimè inquam, citrino Colore perfusus, vix namque aliquid hujus *Citrini* Coloris apparebat, in vivis adhuc dum existente Vetulâ. *Cuticula* eadem Libera in nominata Camerâ existebat, & non nisi duâbus subtilissimis fibrillis *Uveæ* adhærebat: Cætera erant naturalia, at *Pupilla* naturali quoque aliquantulùm major reperta; naturaliter sive à naturâ, & non præter-naturaliter. Hanc *Cataractam*, unâ cum partibus vicinis omnibus, eo quo inveni situ monstrare, & curiosorum oculos satiare possum; cuius sectioni hâc Die 27 Aprilis hujus Anni 1727 factæ, reique itâ repertæ Testes sunt Cl. Dominus *Santorinus* & plures alii Medici & Chirurgi.